Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ertauit plato qui descendens in egyptum libros moysi legit. et putauit moysen sensisse uolatilia esse ornatum aeris tantum circa terram. ornatum uero aeris superioris calodemones (bonos) et cacodemones (malos). sed non est ita. boni enim demones ut dictum est sunt in empireo celo. mali uero in hunc aerem caliginosum detrusi sunt. ad penam non ad eius ornatum.

De auctoritate augustini probat pisces animas habere.

CREAVITQUE deus id est plasmauit cete grandia. cete neutri generis est indeclinabile. declinatur tamen hic cetus huius ceti. et omnem animam uiuentem atque motabilem quam produxerant aque. Motabiles autem dicuntur anime piscium. et anime auium respectu anime hominis. ille enim mouentur de esse ad non esse: ista non quia perpetua est. uel forsitan quia animas non habent ipsum animal uocauit animam. id est uiuens. unde greci diuidunt ea id est animalia per zoa et psychea. zoa id est uiuentia. bruta scilicet psychea animata apsyche quod est anima rationali a scilicet et dr

creatum motabile. quia creatum est sic ut mouerentur de uita ad mortem. quod non est homo. qui creatus est ut non moreretur si uellet. alia uero creata sunt ut uel in esum (pro esu) cedant aliis. et senio deficiant. Augustinus uidetur uelle quod animas habent pisces. Dicit enim ipse augustinus eos habere memoriam. Ait enim fontem esse in bulliensi regione plenum piscibus qui cum hominibus super gradientibus congregati natando eunt et redeunt et stant cum stantibus expectantes ut aliquid eis iaciant. quia sic consueuerunt. his benedixit deus sic. Crescite et multiplicamini.

Sexta die — De opere sexte diei

ornauit terram deus. produxit enim tria genera animalium. Iumenta. reptilia. bestias. Sciens enim hominem per peccatum casurum in penam. ad remedium laboris dedit ei iumenta quasi iuuamenta. ad opus uel esum. reptilia uero uel bestie sunt ei in exercitium. Reptilium uero tria sunt genera. trahentium ut uermes qui se ore trahunt serpentia ut colu